Bialosuknie Contux

Instigator Judicy praesentis et ipsius delator Nobilis Joannes olim Martini Bialosuknia in Kuczyno Moniuski haeres actor Nobiles Andream filium Michaelis Kuczynski principalem necnon Joannem Martinum Kuczinski fratres eius Germanos Albertum Kulesza ol. Andreae Complices eius Bactig infra scripti cooperatores cittos ideo Quia ipsi in contemptum Legum publicarum securitatisq et tranquillitatis publice habita interesse mutua contelligentia et conspiratione quadam contra Actorem dum et quomodo idem protestans die certo in protestatione descripto de oppido Zysczyn absolutis suis negotys Forensibus versus domum suam pace publica assecuratus equitasset studiose et animo praemeditato viam liberam publicam sub villa Kuczyno Boghance intercessissent et invadendo ipsum inermem et insperatum vulneribus sectis cruentis novicius enormiter convulnerarunt vixq seminuus relicto res et bona ipsius propria vlet equum cum vehiculis et veste panni Falendinen cum globulis argenteis deauratis valoris Septuaginta flor pott tapete vulgo kilim valoris Quindecim flor pott pilaidem vulgo bardolet valoris quindecim flor pott Camleta łokci dwadziescia dwa Say łokci szesc Pasamanow iedwabnych łokci dwadziescia. Calceos flavos et negros valoris quinq flor pott circa eandem convulnerationem violenter ademerunt aliaq pro libitu suo exercuerunt quo facto securitatem publicam violaverunt Citantur itaq ad videndum et audiendum super vobis paenas in iure descriptas decerni cittone ipsa cuius copiam sigillatam Nobilis Regni Gnalis Provulus Balthazar Piotrowski ab una integra ante terminum praesente septimana in bonis cittorum proprys apud Nobilem Andream Kuczinski posuisse et cittis omnibus publicasse recognovit. Ad Officium praesens Castren. Capitan. Bransceń per Nobilem Regni Gnalem Nobilem Be:

845 a5

Benedictum Prosienski ter et ultra Juris forma vicib[us]
quatuor clamatu et non comparentem in termino primo in
pœna contumatiæ ex Registri ordine ac admissione Offi[cii]
pr[ae]sentis Judicialiter condemnavit.

Misiewski **Contu[macia]**

Instigator Judicij præsentis et ipsius delator Nobilis Al-
bertus Misiewski Nobiles Vladislaum Oldakowski in Kloczowo-
Wierzbowizna hæredem et Mathæum Filium Nobilis Gasparis Kru-
szewski in Kloczewo hæredem mutuos facti infrascripti principal[es]
et cooperatores citatos ideo Quia ipsi non attenta austeritate
legum publicarum contra violatores securitatis publicæ sat se-
vere sancitæ præsertim die forensi constitutionibus Regni cau-
tæ tempore certo in prottone nominando dum et quando Actor
de Oppido Nur versus oppidum Ciechanowiecz per Fluvium
Nurzec transflugitasset in littore eiusdem fluvij sub Oppido
Ciechanowiecz viam liberam publicam in contemptum legum
publicarum securitatisq[ue] et tranquillitate publice et quodam
privato rancore vel odio inter se mutuo conspirato intercessserunt
et hostiliter armata manu cum bombardis unicum pace publi-
ca assecuratum irruendo frameis vibratis enormiter vulnerarunt
et sauciaverunt et nisi adiutorium Dei et proborum hominum adve-
nisset vita privare conabantur his non contenti equum eius pro-
prium cum toto apparatu et saccis in quibus Ducenti flor[eni] erat,
receperunt quem equum cum saccis et pecuniam ad intercessionem
bonorum amicorum Restituerunt equum tamen in maximum præiu-
dicium et oppressionem delatorum consecuerunt et debilitaverunt
eoq[ue] modo pacem et securitatem publicam violarunt prout protes-
tatio latius obloquitur per quod pœnas contra eiusmodi viola-
tores et intercessor[es] ac obsanguiolatores tum et depredator[es] viarum
publicarum in constitutionib[us] Regni descriptas succubue-
runt pro eisdem super ipsis decernen[dis] Citantur cittone ipsa de
his latiori Ad Judicium præsens Castren[se] Capitan[eale] Branscen[se] per Min[is]t[eria]le
Regni Generalem Nobilem Benedictum Prosienski ter et ultra Juris
forma vicibus quatuor clamatum et non comparentem in termino
primo in pœna contumatiæ ex Registri ordine ac admissione
Offi[cii] præsentis Judicialiter condemnavit.